lanceaꝝ ſe ab equo ambo deiciunt ſed achilles equū
ſuum primo celer aſcendit ⁊ in equuꝫ hectoris manꝰ
extendens cepit eum ipſum ſatagens aſportare Hec
tor autem iratus ad ſuos potenter exclamat ne equū
ſuum abire permittant · propter quod infinititi mili
tes ad ipſius equi recuperationem viriliter intenden
tes irruunt in achillem ⁊ graue bellum committit᷑ in
vroſqꝫ· Sed fratres hectoris naturales in multa uir
tute bellantes violenter extirpant de manibus detinē
tium galatheam ⁊ illum hectori riſtituunt qui exíde
eſt mirabiliter factus letus· Uerum dum hec inter v
troſqꝫ in multorum excidio gererent᷑ ⁊ anthenor īter
grecorum acies bellando diſcurreret greci in multitu
dine pugnatorum antenorem capiunt. ⁊ captum ad
tentoria mittunt eorum Sed cum iā dies declinaſſet
ad veſperas ⁊ ſole iā vergente interim ad occaſum.
nō obſtaute ꝙ polidamas antenoris filius. qui ſui
patris non interfuit captioni pro recuperatione ipſi
us multa omiſiſſet in bello tamen eo die propter ſup
uenientis noctis tenebras prelium eſt dimiſſum·

De ſexto bello

Sequentis igitur diei aurora ſurgente ſolis ſplē
dore circumquaqꝫ diffuſo vtriuſqꝫ partis acie
bus in campum egreſſis bellum letale committitur/
⁊ tota die vſqꝫ ad noctis tenebras eſt pugnatum·
Multi fuerunt eo die interfecti de grecis / ſed plures
de troianis· Nam grecis tunc melior pars ſucceſſit
belli/ſed illiꝰ die ſuperueniēte nocte nō fuit āpliꝰ pli
atū Sequēti vero greci diomedē ⁊ vlixē ad r̄gē pamū

tranſmiſere legatos vt treuga firmata trium menſiū
per regem priamuz inducie largirentur His aūt lega
tis obuiauit dolon quidam miles ſatis diues ꝛ nobi
lis ꝛ oriundus de ciuitate troiana· qui legatis ipſis
obuians ꝛ eos cōmeans regis priami conſpectui ꝑ
ſentauit Legati vero legationis ſue cauſam regi pria
mo ſinceriter explicarunt rege tunc priamo ad men
ſam diuerſis repletam cibariis exiſtente in ſuoꝝ īnu
merabilium nobiliuz comitiua Sʒ ꝛ rex priamꝰ rn̄dit
eis in multa vrbanitate verboꝝ ſe ſtatī exīde ꝯſiliuz
habiturū Et confeſtī ſuis conſiliariis ꝯuocatis om
nes in dandis predictis induciis conuenerunt excep
to hectore qui de indulgeudis eiſdem omnino diſſen
ſit aſſerēs grecos ex dolo ꝛ aſtucia petere predictas
inducias ſumpta occaſione fallaci ꝙ velīt ſcʒ eoruz
mortuos interim ſepeliri cuʒ ipi victualibus careāt.
ꝛ pro acquirendis eiſdem cōmodam interī habeant
facultatem ꝛ nos interī noſtra victualia ꝯſumemꝰ q̄
tm̄ nobis neceſſaria pro ſuſtinenda tāta gente in hac
ciuitate nobiſcuz incluſa prorſus exiſtāt Sed ex quo
omnibus fuit acceptum hector noluit tantoruz ī idē
concurrentia conſilia refutare· Quilibet enim diſcre
tus interpellatus ad conſilium inter multos/ licʒ oēs
in vnā ꝯcurrāt ſententiā ſi ſibi aliud videatꝰ nō ꝓp
ter conſenſus omniū debet indicere ſilentium ori ſuo
quī ipedicat ꝙ ſibi videtꝰ cum multotiēs contigerit
ꝛ ꝯtingat ꝙ vnius ſententia etiā minoris multos ſa
pientiores ad ſententiā ſuam trahat ut pote cōſiliū ſa
nioris q̄uis ſemper aut frequenter obtineat ꝙ multo
rum ſentētia ſoleat preualere licet alius ſalubrius et

melius conſilium ſubminiſtret ⁊ ideo hector a dato
tunc ab omnibus conſilio non diſceſſit licet ſibi ali
ud inde videret᷑ vitans velle tantoꝝ iudicum reuo
care conſilium Quare trium menſium induciẽ ſunt ↄ
ceſſe. Quod tã omnib⁹ grecis q̃ȝ troianis pugnãtib⁹
gratum extitit vt infra tempus induciaꝝ ipaꝝ a bel
lo q̇eſcerẽt ⁊ durante treuga predicta in ↄmutationẽ
vnius pro altero rex thoas a troianis ⁊ antenor li
berat᷑ a grecis. Calcas aũt troianoꝝ antiſtes q̇ mã
dantibus diis relictis troianis grecis adheſerat quã
daȝ filiã ſuã hẽbat multe pulchritudinis ⁊ moꝝ ve
nuſtate ↄſpicuã que breſeida cõi nomĩe vocabatur.
Hic calcas pro p̄dicta filia ſua breſeida regẽ agamẽ
nonẽ ⁊ alios grecorum reges ſollicite dep̄cat᷑ ut pre
dictaȝ filiã ſuã a rege prião ſi placet expoſcãt ut eã
reſtituat patri ſuo Qui eideȝ regi prião p̄ces plurĩas
obtulerũt/ſȝ troiani ↄtra calcantẽ antiſtitẽ multũ im
pugnãt aſſerentes eũ eẽ nequiſſimũ ꝓditoreȝ ⁊ ideo
morte dignũ Sed rex priam⁹ ad petitionẽ grecoꝝ in
ter ↄmutationem antenoris ⁊ regis thoas briſeidaȝ
grecis voluntarie relaxauit. Treuga igit᷑ durãte hec
tor ad grecoꝝ caſtra ſe ↄtulit quẽ achilles libenter ĩ
ſpicit cum nunq̃ȝ viderit eum inermem ⁊ in eius ten
torium hector in ſuoꝝ multorum nobilium comitiã
achille petente deſcendit. Dum inter ſe de aliquibus
multa conferrent achilles hectori dixit hec verba.
Hector hector gratum eſt mihi ꝙ video te inermem.
pro eo ꝙ ſine armis nunquam potui te videre. ſed
gratius mihi eſſet ſi de manu mea mortem feſtinan
ter ſubires ſicut opto. Ego enim in tua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uirtute bellandi ſenſi tuaꝝ virium potenciaꝫ multaꝫ
cum eã ſenſerĩ in mei effuſione cruoris ⁊ ĩ grauibꝯ ic
tibus enſis tui· Et licet de hoc animus meus ſepius
anxiet̃ maiori tamẽ anxietate ꝯcutit̃ de eo ꝙ patro
clũ intimũ mihi morti tradideris quẽ nõ minꝯ me ſin
ceriter diligebã Sepaſti me ab eo quẽ mihi uera dilec
tõ ĩdiſſolubilis affectõis vinculo copulauit Sꝫ tu ꝓ
certo teneas ꝙ anteꝗ̃ ãnꝯ elabit̃ mors patrocli acer
be vindicabit̃ in teipõ Nã neceſſe ẽ ut de manu mea
crudeliter moriaris ⁊ eo potius ꝙ ego ꝓ certo cog
noſco te ĩ necem meã totaliter aſpirare Cui hector ĩ
hec verba reſpondit Domine achilles ſi in tuã mortẽ
anhelo ⁊ te odio habeo in toto corde meo nõ iniuſte
miraris cuꝫ te ſcire credam ex iuſticia nõ poſſe proce
dere vt eũ diligere debeam q̇ me ꝓſeq̇t̃ odio capita
li ⁊ qui in terram meã meos ⁊ me ĩ tãte guerre ſtrepi
tu impugnare preſumpſit Ex guerra eniꝫ amor ꝓce
der̃ nũꝗ̃ põt nec ex odio dilectio caritatis Amor enĩ
ex dulci aĩoruꝫ ꝯuenientia ducit originẽ ⁊ ex odio ꝓ
cedit hoſtilitas cuius precipue mater ẽ guerra Sane
volo te ſcire ꝙ me tua verba nõ terrent immo ſi hic
ad duos annos (vita comite) vigeat enſis meus
ſpero pro certo me tantum in mee virtutis potencia
preualere ꝙ non ſolum tu/ ſed ⁊ omnes maiores gre
corum excercitus qui contra me continua bella fouẽt
manibus meis amara morte crudeliter ſuccumbetis
Scio enĩ te ⁊ omnes maiores grecorum excercitus fa
tuitate maxĩa circũduci. Nã tale onus aſſumere pre
ſumpſiſtis ꝙ eiꝯ oppreſſi pondere nihil aliȯ ꝗ̃ mor
tis excidiũ ĩcurretis Securꝯ enĩ ſuꝫ ꝙ p̊ꝯ morte uiceris

q̄ꝫ contra me enſis tuus preualeat. Sed ſi te tanta vi
goris hortat᷑ audacia vt contra me putes ī virib⁹ p̄
ualere fac ꝙ oēs reges grecoꝝ et principes in hoc ſin
cera mēte ꝯſentiāt et manuteneant incōcuſſe ꝙ con
ſtituto bello īter nos duos tm̄ ſi cōtigat me te poſſe
deuicere ego ⁊ parentes mei ab hoc regno ⁊ aliis reg
nis nr̄is perpetuo curabimus exulare ⁊ regna ipſa in
grecorū dn̄io relinquem⁹ Faciam ei vos de hoc ſuffi
cienti cautela ſecuros per ſufficientē numerū obſidū
⁊ deorum corꝑalia ſacramēta . ꝙ ſi feceris non ſo
luꝫ tibi prodeſſe poteris. veꝝ ⁊ aliis qui per belli ab
ſtinentiam īcurrent cuꝫ integritate ſalutem ⁊ ſi me ꝺ
uincere forte contigat fac vt vniuerſ⁹ grecoꝝ exercit⁹
ab hac terra diſcedat ⁊ nos in quiete dimittat ab oī
inquietudine liberatos Achilles autē ad verba hecto
ris ira totus incaluit ⁊ quaſi madefactus tot⁹ in ſui
rore ſudoris bello ſe offert bellum recipit animoſus
⁊ iuxta hectorem appropinquās in firmitatis ſignū
gladium ſibi offert qꝺ hector pluſquam dici poteſt
animo deſideranti recipit Sed agamēnon multorum
ide loquēciuꝫ audito tumultu cuꝫ multis grecouꝫ re
gib⁹ ad achillis tentoria ꝓperauit vbi ſtatim facta
oīm maioꝝ congregacōne grecoruꝫ omnes vnanimi
ter cōtradicūt nolētes id ratū habere ad qꝺ achilles
ſe obtulit icōſulte . Hec em̄ placet eis ſe velle īſidiis
fortune ſubicere vt ab vno milite tot reguꝫ ⁊ princi
pū pēdeat mors ⁊ vita. Sic ⁊ troiāi ex eoꝝ parte ne
id fiat expreſſo diſſēſu recuſāt excepto rege priamo
cui tali caſui ſe ſubmittere placet ſibi ex eo ꝙ vires ⁊
potētiā hectoris bene nouit cui facile nimis erat de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uui9tāti militisuictoriā glāri ſʒqꝛ tātoꝝ ↄſēſib9 quo
rū intererat nō potuit contraire duoꝝ belli diſſenſuʒ
cuʒ ceteris ē ſecutus. Et ſic hector a grecis obtenta li
cencia in troiam rediit ⁊ intrauit in ipſaʒ. Troilusue
ro poſtq̄ꝫ agnouit de ſui patris procedere volūta
te de briſeida relaxāda ⁊ reſtitēnda grecis āuq mul
to amoris ardore iuueniliter diligebat nimio calore
ductus amoris in deſideratiua virtute ignee volūta
tis multo dolore deprimit᷑ ⁊ torquet᷑ funditurq̄ꝫ q̄
ſi totus lacrimis anxioſis ſuſpiriis ⁊ lamentis. nec ē
qua ex caris eius eū valeat cōſolari. Briſeida vero
q̄ troilū nō minoris amoris ardor̄ diligere videbat᷑
nō minus ī voces querulas produit ſuos dolores cū
tota ſit fluuialibus lacrimis madefacta. ſic ꝙ ↄtinu
is aquoſis imbribus ab oculoꝝ ſuoꝝ fonte ſtillanti
bus veſtes ſuas ⁊ faciem aſperſit ita ꝙ veſtes ei9 tā
to erāt lachrimaꝝ perfuſe liquore/ vt ſi prementis a
licuius manibus ſtringerent᷑ aquaꝝ multitudinē ef
funderent in ſtrictura. Vnguibus etiā ſuis ſua tener
rima ora dilacerabat ⁊ aureo scrines ſuos a lege liga
minis abſolutos a lactea ſui capitis cute diuellit. et
dum rigidis vnguibus ſuas maxillas exarat rubeo
cruore pertinctas lacerata lilia laceratis roſis immiſ
ceri ſimilitudinarie videbāt᷑. Que duʒ querit᷑ de ſua
ſeparatione a dilecto ſuo troilo ſepi9 morit᷑ īter bra
chia eam volentium ſuſtinere/ dicēs ſe malle morteʒ
appetere q̄ꝫ vita potiri. ex quo eaʒ ab eo ſepari neceſ
ſe ē/ a cuius vita ſue vite ſolacia dependebant. Noc
tis igit᷑ ſuperueniente caligine troilus ſe ↄtulit ad bri
ſedā eā flebilibus monet in lacrimis. vt a tanto ſe de

beat temperare dolore. Et dum ſic eã ꝯſolari troilus
anbelat briſeida inter bracha troili labitᷣ ſepius ſe
minua. Quam inter dulcia baſia lacrimis irrorata
flebilibus ad vires ſui ſenſus ea nocte reducere ẽ co
natus. Sed diei hora quaſi ſuperueniente vicina troi
lus a briſeida ĩ multis anxietatibus ⁊ doloribus diſ
ceſſit. ⁊ ea relicta ad ſui palacii regĩna properauit Sꝫ
ỏ troile que te tam iuuenilis errare coegit credulitas
vt briſeide lacrimis crederes deceptiuis ⁊ eius blãdi
ciis. Sane omnibus mulieribus ẽ inſituꝫ a natura /
ủt in eis non ſit aliqua firma ꝯſtantia. quaꝝ ſi vnꝰ
ỏculus lacrimatᷣ ridet eaꝝ alius oculus ex tranſuer
ſo/quaꝝ mutabilitas ⁊ varietas eas ad illudendos
viros ſemper inducit. ⁊ cum magis amoris viris oñ
dunt/ſtatim ſollicitate per aliuꝫ amorẽ ſui demõſtrã
tes variãt ⁊ ꝯmutant repente inſtabilem . Et ſi forte
nullus ſollicitator eaꝝ appareat ipm ipſe dũ ĩcedũt
vel dum vagantᷣ ſepiꝰ in feneſtris vel dũ reſidẽt in
plateis furtiuis aſpectibus clãdeſtine ſibi querunt .
Nulla ſpes ẽ reuera tam fallax q̃ꝫ ea q̃ reſidet in muli
eribus ⁊ ꝓcedit ab eis. Vñ fatuus ille iuuenis meri
to cenſeri põt (⁊ multo fortius etate prouectus) qui
in mulieruꝫ blandiciis fidem gerit. ⁊ eaꝝ demonſtra
tionibus ſic fallacibus ſe committit Briſeida igitᷣ de
mandato regis priami in magno apparatu ſe accĩgit
ad iter/quã troilus ⁊ multi alii nobiles de troianis
per magnũ vie ſpacium commearũt. Sꝫ grecis adue
nientibus ad recipiendũ eãdẽ/troilus ⁊ troiani rede
unt ⁊ greci eã in ſuo recipiunt cõitatu Inter quosdũ
eẽt diomedes ⁊ illam diomedes inſpexiſſet in flãmaꝫ

ſtatim venerei ardoris exàrſit. ⁊ eam vehemẽti deſide
rio ↄcupiuit. Qui cum collateralis aſſociando briſei
dam cuȝ ea inſimul equitaret ſui ardoris flammam
ↄtinere non valens briſeide reuelat ſui eſtuantis cor
dis amorem. quã in multis affectuoſis ſermonibꝰ ⁊
blandiciis necnõ promiſſionibus reuera magnificis
allicere ſatis humiliter ẽ conatus. Sȝ briſeida ĩ ipis
primis motibus (ut mulierum ẽ moris) ſuuȝ ꝓſtare r̃
cuſauit aſſenſum. nec tamen paſſa ẽ quin poſt multa
diomedis verba ipſum nolens a ſpe ſua deicere ver
bis humilibus dixit ei. Amoris tui oblationem ad p̃
ſens nec repudio nec admitto cum cor meuȝ nunc nõ
ſit ita diſpoſitum / ꝙ tibi poſſim aliter reſpondere.
Ad cuius verba diomedes ſatis factus ẽ hilaris / cuȝ
ex eis preſenſerit de ſpe gerenda in eam ſe non eẽ pri
uatum in totum. Quare aſſociauit eã uſqȝ ad locum
quo briſeida recipere ſe debebat. ⁊ ea perueniente ibi
dẽ ipe eã ab equo deſcendẽs ꝓmptus aduuit ⁊ vnã
de cirothecis quam briſeida gerebat in mãu ab ea nul
lo percipiente furtiue ſubtraxit. Sed cum ipa ſola p
ſenſerit placidum furtum diſſimulauit amantis. Tũc
antiſtes calcas in filie occurſum aduenit ⁊ eam ĩ vul
tu ⁊ animo ſatis hilari in tentorium ſuum recepit.
Et diomedes licet amore briſeide nimium fluctuaret
tamen amor ⁊ ſpes eum in multo labore ſui cordis ĩ
impugnant. Briſeida vero ſola exiſtens cũ antiſtite
patre ſuo ipſum duris verbis aggredit᷑ in multitudi
ne lacrimaꝝ dicẽs ei. Quõ pater cariſſime infatuatꝰ
extitit ſenſus tuus qui tanta vigere ſapientia cõſueuit
vt tu qui tantum inter troianos magnificatus exti

teras ⁊ elatꝰ cuꝫ fuiſſes factus eoꝝ tāq̄ dn̄s ⁊ ſolꝰ
eoꝝ in omnibꝰ gubernator q̄ tantis inter eos ditus
habūdabas tantaruꝫ poſſeſſionum multiplicatione
ſuffultus ⁊ eoruꝫ nūc factus ē ꝓditor ⁊ tuā negaſti
patriā cuiꝰ eē defenſor in omnibꝰ debuiſti ⁊ nūc ele
giſti melius tibi placere abiurādo patriā ī pauptate
⁊ exilio viuere ⁊ ſpecialiter inter capitales tue patrie
īimicos q̄ ad delendū tuos ⁊ tuā patriā ſic hoſtiliter
acceſſerūt O quāta inter hoīes pudoris labe confun
deris q̄ tā glorioſe a tuis ꝯſueueras hōrari Nūquaꝫ
tanta dedecoris a te deterget' īfamia quāta es viſco
turpitudinis ignominia denigratꝰ An putas et ſi iter
viuos vitupatꝰ exiſtis qui etiā poſt morteꝫ tuam a
pud īferos ob tante ꝓdicioīs culpā non lugeas pe
nas dignas ? Melius ergo tibi eēt ⁊ etiaꝫ nobis in ali
quē locuꝫ ſolitudinis ⁊ deſerti vel ī nēoribꝰ deuiis
vel ī aliqua īſula lōge ab īcolꝭ ducere vitaꝫ noſtram
ꝗ̄ inter hoīes tāta labe nigreſcere diffamatum An pu
tas ꝗ̄ greci reputēt te fidelē q̄ es tue patrie publicus
īfidelis Sane deceperunt te appollinis falſa rn̄ſa a
quo te dicis ſuſcepiſſe mandatum vt tuos paternos
lares deſereres ⁊ tuos ī tāta acerbitate peierares ⁊ vt
ſic tuis ſpecialiter hoſtibꝰ adhereres Sane non fuit
ille deꝰ apollo ſꝫ potiꝰ puto fuit comitiua īfernalīū
furiarū a q̄bus reſponſa talia ſuſcepiſti. Ad hec bri
ſeida multis deuicta ſingultibꝰ lacrimaꝝ ſuo flebili
colloq̄o finē facit Cui calcas ſub quadaꝫ verborum
breuitate rn̄dit Dixit enim ei Ha dulcis filia an tutū
eē reputas an ſecurū iuſſa deoruꝫ ſpernere ⁊ ſpecialtr̄
ea nō ſeq̄ ī q̄bꝰ poſſumꝰ cū ītegritate ſaluari Scio ei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pro certo per ineffabiliū promiſſa deoꝝ preſentem guerram protendi non poſſe tpe diuturno. ⁊ ꝙ ciuitas troie breui tempore deſtruet᷑ ⁊ ruat. deſtructis eius omnibꝰ nobilibus ⁊ vniuerſis plebeiis eiꝰ ī ore gladii trucidatis. Quare cariſſima filia ſatis ē meliꝰ nobis hic eē q̄ȝ hoſtili gladio ſeuiente perire. In aduentu igit᷑ briſeide grecis placuit vniuerſis ip̄ius briſeide tā formoſus aſpectus cū ad eiꝰ placidā viſiōeȝ omnes maiores grecoꝝ excercitus acceſſiſſent querētes ab ea de troiana ciuitate rumores ⁊ eius ciuium continentia. necnō regis eoꝝ quos briſeida in multa verborū facundia pandit illis. Quare oēs maiores ip̄am in filiali affectione recipiunt ꝓmittētes ei eaȝ habere caram. vt filiaȝ ⁊ ip̄aȝ in omnibus honorarꝫ Et eis ab ea recedentibꝰ multis donis ⁊ muneribus replent eā. Nōdū illa dies ad horas declinauerat ueſpertinas cū iā briſeida ſuas recenter mutauerat voluntates ⁊ vetera ꝓpoſita ſui cordis. et iā magis ſibi ſuccedit ad votū eē cuȝ grecis q̄ȝ fuiſſe hactenꝰ cū troianis. Jam nobilis troili amor cepit in ſua mēte tepeſcere ⁊ tā breui hora ſic repēte ſic ſubito fcā volubilis ceperat in omnibꝰ variari. Quid ē ergo quid dicat᷑ de ꝯſtātia mulieruȝ/quaꝝ ſexus ꝓpriū in ſe habet. vt repentina fragilitate eaꝝ propoſita diſſoluant᷑ ⁊ hora breuiſſima mutabiliter uariāt᷑ Nō enī cadit in hoēȝ varietates ⁊ dolos eaꝝ poſſe deſcribere cū magis q̄ȝ dici poſſint ſint eaꝝ volubilia ꝓpoſita nequiora.

¶ De ſeptimo bello.

Poſt igit᷑ trium menſiū emerſa ſinducias adueniente die ſequenti troiani accingūt᷑ ad bellum ⁊